

2229

A S C E T I C I

2230

Codex:

- v. 2. *parvum desiderium.*
spiritum dei
- v. 3. *prodest — careas — displiceas.*
sanctum.
Opto.
Exterius.
totum prodesset.
gratia.
Vanitas.
regna caelestia.
- v. 5. *faciabitur.*
transferre.
conscientiam

Editio:

- pium desiderium non.*
spiritum Christi
- prodesset — careres — displiceres.*
hominem sanctum
Opta.
memoriter.
hoc totum tibi prodesset.
et dei gratia.
Vanitas ergo.
coelestia regna.
satiatur.
te transferre.
sua conscientiam.

Ut leviusculas quasdam vocum transpositiones omittam. Itaque *Valartium* non immerito licentiae coarguit *Franc. Jof. Desbillionius* nova Nostri editione *Mannhem.* 1780. 8. cui et eruditus pro *Thoma Kemp.* Vindicias praemittit, et longum subtexit Indicem Lectionum, quibus ille ab Editionibus authenticis deflexit oblitterandorum Autoris *Germanismorum* valde studiosus. *Codices* nostri fronti adscriptum: *Sum Georgij Tanneri Juriscons. senioris, et ipsius gratæ posteritatis Tannerianæ Casp. et Georgij filiorum,* et calci: *Sum Georgij Tanneri Juriscons. senioris, in perpetuum Tannerianæ posteritatis filiorum et nepotum usum. unde superioris seculi infelicitatem cognoscat, et mecum Deo æterno Patri Domini nostri Jesu Christi pro restituta luce veræ doctrinæ ardentius gratias agat. Protestantibus piis in pretio est Thomas Kemp. Quæ-Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

nam igitur lux, cui ille offecerit? Fuit *Tannerus* in Acad. *Vien.* primarius Scriptor. *Graec.* Interpres et ann. 1565 et 79. *Fac. Jurid.* Decanus.

DLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 120 XV. Folior. 330. f. per duas columnas currente manu scriptus, rubricisque distinctus continet, ut habet titulus *Elenchi* in membrana praefixi: *Opuscula sacre Theologie professoris fratris jacobi de paradiso in ordine carthusien. professi.* De Autoribus Carthusianis *Jacobi* nomine insignitis apud ipsos Ordinis scriptores fluctuant omnia. Memorantur alii *Jacobus de Polonia, de Clusa, de Paradiso, de Junterbuck, de Gruytroede;* alii praeter *Jac. Gruytrodium* Priorem *Leodiensem* non nisi *Jacobum domus S. Salvatoris prope Erfordiam* Vicarium, agnoscunt variantem

T t t

te

te de Clusa, de Paradiso, de Junterbuck cognomine, quibus haud invitus accesserim, motus partim Codice nostro coaevo, partim autoritate Tritheimii subparis, qui Opuscula ab aliis Jacobo de Clusa, ab aliis Jacobo de Paradiso, ab aliis Jacobo de Junterbuck tributa in unum eundemque hominem conferunt. Annus emortualis Jacobo nostro 1466. teste Tritheimio in Script. Eccl. c. 814. et Theod. Petrejo in Bibl. Carthus. p. 151. addam, patria Junterbocum (Jüterbock) Oppidum Saxoniae. Plurima scripsit pius ἀσκητής, quorum, quae in Cod. nostro insunt, ordine nunc ediferemus.

I. fol. 1. De triplici genere hominum prelatiuorum, actiuorum et contemplatiuorum. Incipit: Majestate euangelica edocti nouimus discipulos saluatorem requisisse &c. Finit: Optoque in vim mercedis qualiscunque laboris huius participem me fieri orationum omnium lectorum Deo soli non mihi gloriam per haec optando Amen. Meminit Opusculi Tritheimius et Petrejus.

II. fol. 17. De Bono morali et remediis contra peccata. Incipit: Cum effrenatam et numerosam hominum multitudinem in via dei non recte ambulantem &c. Finit: Hec a me perstricta sunt saluo iudicio cuiuslibet melius scrutantis Anno domini 1452. Auctorizante Sanctissimo Domino nostro Nicolao papa V. Meminit Tritheim.

III. fol. 32. De arta Via que ad vitam ducit et lata ad perdi-

cionem. Incipit: Ueritatis organo nouimus sententiam ymo exhortacionem &c. Finit: Orandus itaque est deus cuius est incrementum dare ut qui dedit scire, dignetur et dare facere, quod omnibus nobis prestare dignetur Ihesus christus &c. Meminit Petrejus.

IV. fol. 50. Consolaciones contra mala huius seculi. Incipit: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo &c. Est Dialogus inter Magistrum et Discipulum, finitque: qui hoc electis suis promisit ihesus christus per secula benedictus Amen. Anno 1455. Auctorizante calixto papa in anno primo. Meminit Tritheim. Petrejus. et Fabricius in Bibl. med. et inf. Lat.

V. fol. 61. De Contractu reuendicationis et reemptionis. Incipit: Fama referente non sinimur ignorare in quibusdam terris et partibus &c. Finit: Hec est securissima uia et ad salutem necessaria licet forte dura quibusdam uideatur. Meminit Tritheim. et Petrejus.

VI. fol. 64. p. 2. De apparicionibus animarum separatarum. Incipit: Rogamus vos ne terreamini per spiritum. Verba sunt Apostolica &c. Finit: Veniam petens de prolixitate aut superfluitate caritate ad hoc instigante pro quo deus sit benedictus Amen. Meminit Petrejus sub nomine Jac. de Clusa alias de Paradiso. Extat item Editio in oppido Burgdorf 1475. f. et alia f. l. et a. f. Praeterea Lipsiensis 1496. et 97.

2233

A S C E T I C I

2234

4. item *Basileensis* et alia *f. l.* et *a. 4.*

VII. fol. 76. *Speculum aureum Institutionum ad beneficia Ecclesiastica et sacramenta.* Incipit: *Non inprouide placuit quibusdam conscientiosis inquirere &c.* Finit una cum Additionibus: *in quibus utique cuilibet oculacius est consulendum.* Scriptum fuit 1455. memoraturque a *Petrejo.*

VIII. fol. 89. *De cognitione causarum et effectu secretorum.* Incipit: *Spiritus sanctus per organum suum scilicet Amos prophetam &c.* Finit: *sicque se humilians exaltabitur in presenti per gratiam in futuro per gloriam. Ad quam nos perducatur &c.* Meminit *Trith.* et *Petrejus.*

IX. fol. 98. p. 2. *De potestate Demonum arte magica superstitionibus et illusionibus.* Incipit: *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci ad ebre. ult. Hec doctrina apostolica &c.* Finit: *ut omnibus erroribus seclusis in veritatis et salutis via omnes ambulare possimus ad ipsum, qui via est veritas et vita Ihesum christum qui est &c.* Meminit *Trith.* *Petrej.* et *Fabricius.*

X. fol. 122. *De statu et officio ecclesiasticarum Personarum.* Incipit: *Josias sanctus Rex Juda diuine legis feruentissimus emulato &c.* Finit: *Si vero aliquid dignum concepit deum a quo bona cuncta procedunt vna mecum glorificet Cui laus &c.* Anno domini 1456. Meminit *Petrej.* et *Fabricius.*

XI. fol. 167. *Quodlibetum Statuum Humanorum.* Incipit: *Ezechiel Sanctus dei propheta in Sacra visione legitur vidisse librum &c.* Finit: *Qui et inspirator non dubitatur fuisse et in continua assistencia non creditur defuisse cui laus &c.* Anno Dominice Incarnationis 1452. Autorisante sanctissimo domino ac domino nostro summo Pontifice *Nicolao Papa quinto.* Male a quibusdam tributum *Jac. Gruytrodio.* Memoratur *Petrejo* et *Fabricio.* Excusum prostat per *Joh. Hug de Göppingen f. l. et a. f.* ubi tamen *Carthusia* prope *Erfordiam* perperam *S. Agnetis* dicitur.

XII. fol. 221. *De Malo huius seculi.* Incipit: *Organo apostolice vocis suo iudicio inter apostolos minimo &c.* Finit: *Si vero aliquid imitatione dignum se pro me exhibeat deuotum oratorem ut in omnibus trinus et vnus laudetur deus per secula benedictus Amen.* Compositum Anno domini 1447. Hic autem conscriptum Anno Domini 1456. Memoratur *Trith.* *Petrej.* et *Fabricius.* Patet 10. annis ante Autoris obitum *Codici* nostro insertum.

XIII. fol. 271. *De habitibus acquisitis infusis ac de caritate.* Incipit: *Non ignorant diuinarum litterarum solliciti scrutatores &c.* Finit: *Ego protector tuus et merces tua magna nimis. Gen. XV. Quam omnibus prestare dignetur christus &c.* Memoratur *Petrej.*

XIV. fol. 285. *De cautelis diuersorum statuum in ecclesia.* In-

2235

C O D I C E S

2236

cipit: *Has (Vas) electionis paulus dum adhuc in hoc fragili corpore militaret &c. Finit: quo inspirante et perficiente quantum valui non quantum volui predicta confluui cui soli sit honor &c. Anno 1455. tempore calixti pape III. anno primo. Memorat Tritb. et Petrejus.*

XV. fol. 307. *De sanctificatione Sabbati circa Molendina. Incipit: Quoniam circa obseruanciam diuinorum preceptorum omnium menti humane suprema diligentia incumbit invigilare &c. Finit cum additionibus: non dubitaret sibi formam hanc esse obseruandam. Memorat Petrej. sed Tritbemijs tantum de Sabbato, Fabricius de Sanctificatione Sabbati.*

XVI. fol. 313. *De erroribus et Moribus christianorum. Incipit: Spiritus Sanctus per organum diuini prophete Jeremie &c. Finit: medicus summus animarum nostrarum Ihesus cristus per secula benedictus Amen. Anno domini 1452 Auflorizante In Ecclesia militante Monarcha Nicolao papa quinto. Adhaeret: Planctus super errores multorum cristianorum ad precedentia pertinens. Manucente nos infallibili scripturarum sacramentorum veritate &c. Novit Tritb. Petrej. Fabric.*

Fronti Codicis nostri adscriptum est: *Collegio Ducali studij Wien. hunc librum artium et Theologie Mr. Conradus Mulner de Nuernberga qui Deo vivat. testatus est. Cuius animam quicumque eo uteris beneficiorum memor.*

commissam babe. ex Nurenberga bic liber allatus est. anno Domini 1469. Virum hunc apud nos Philosophiae Decanatu ad an. 1444. functum in Locheri Spec. Acad. p. 143. inuenio.

DLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 519 XV. Folior. 99. 4. nitide exaratus, rubricisque distinctus hanc in Theca anteriore Notam condidit: *De Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono Infra Octauas Pentecostes Gloriosissimo domino Imperatori (Fridrico III.) Ego frater Leonardus lector Conuentus Wyenen. Ordinis Predicatorum hos duos libellos offero, Valde confidens et sperans quod si aliqua eciam multa in eis contenta non placuerint saltem aliqua pauca sue erunt grata benignissime maiestati, Et utinam non solum in hoc minimo sed in aliquo magno fidelitatem ostendere ualere tanto capiti et gratiosissimo benefactori. Dixi de F. hoc Leonardo de Valle Brixinensi ad Codd. seqq. et CCCXLIII. In praesentem bonus Vir lectionis suae fructus congeffit, quorum sat erit Elenchum huc transcribere: Fol. 2°. Incipit autoritas Beati Bernardi de defectibus in omni statu hominum. Fol. 3. Incipit tractatus per 12 Inquisitiones distinctus de peccatis mortalibus omnibus in communi &c. proprius Autori, ut ad calcem notatur. Fol. 15. Locus e Fr. Petrarcbae Epist. 97. Fol. 16. Octo precipui versus*